

præcedentibus adnectuntur, nullo notantur tono. Sed illius præcedentis ultimam alióqui grauem accidunt, atque in eandem tonum suum coniiciunt ut $\alpha\chi\rho\sigma$ est
 $\chi\eta\mu\alpha\tau\epsilon\kappa\omega\nu\sigma\alpha\tau\iota\nu\omega\rho$. Sic latine Dòminusq;

Vltimo quod ad tempus attinet paucis absoluendum,
Syllabam longam dicimus primo positione, nō aliter
quā apud latinos. Deinde diphthōgo uocali lōga aut
ancipiti extensa. Breuē syllabā breuis facit uocalis aut
 anceps ab authoribus in breuiū numerū recepta. Atq;
 hēc de accentuū, ac tēporū rōne explicata sufficerint

ΠΕΡΙ ΚΛΙΣΕΩΣ' DE DECLINA-
 TIONE NOMINVM

Huic loco conuenit typus Declinationis, quem cen-
 seo separatim habendum.

Quo facilius assequare declinandi formulas, Nota-
 bis ex decem declinationibus primas quatuor esse æ-
 quisyllabicas, sic ab æqualitate syllabarum nomina-
 tiui & genitiui dictas, ut λόγος λόγω, In quibus uel
 hoc nonnihil facilitatis præbebit, quod præter quartā
 declinationem reliquæ per omnia articulorum præ-
 positiuorum normam sectantur, quos quidem in pri-
 mis ediscendos iudicauero, Confinitatem autē articu-
 lorum cum declinationibus literis a,b,c, expressimus,
 Verbi gratia si λόγω uelis declinare, nihil æque fa-
 cile est, quam uoti articuli aptare in singulis casibus
 nomen,